



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

21. De Sigillo confessionis questio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

T O M I L . T R A C T . X X I .

pliciter debita peccato, non hic tñ, sed aut hic, aut in futuro exoluenda est, si in patriam celestem ingressus patebit. poena aut & opera alia solummodo presentis uitæ exercitationes debitas continet, & ideo cum uita presenti totaliter spirant.

Et per hoc pater responso tam ad primam obiectionem, quam ad secundam: utraque n. loquitur de vinculo canonū, quo ad id quod ex solo humano vinculo pender. Poenitentiam autem sacramentalē remantere constat non ex canonis vinculo, sed ex eo q̄ ipsa clauditur pena simpliciter peccato debita hic, aut in futuro, tam hominis, quam canonis arbitrio secluso. Auguste, die 30. Septembris 1518.

T R A C T A T V S V I G E S I M V S P R I M V S  
de Sigillo Confessionis unica que-  
stione contentus.

Q V A E S T I O I .

*Num confessor teneatur occultam seruare deliberationem,  
confitentis se omnino occisorum regem, aut Pop-  
tificem summum?*



V eritut vtrū confessor tencatur occultam seruare deliberationem cōfidentis se omnino occisorum Regem, aut Pontificem summum?

Vñ. n. q̄ non. Tum quia confitens non h̄t contritionē, aut attritionē de tali deliberatione, & cōsequēter nō est occultanda a fācēdote, sicut nec a Deo occultatur. Tū quia peccatum cadens sub sigillo confessionis est cōmissum, non committendum: cum confessio non sit de futuris. Sed homicidium est futurum; igitur, iicitum est reuelare ut caueat.

In oppositum aurent est authoritas Theologorum in 4. dist. 21. ibi. n. communiter tenet, quod in nullo casu etiam infectionis heresis licet reuelare peccatum in confessione drectum, ut patet in S. Th. Sco. & Petro de Palude.

Hęc q̄o mota est occasionaliter qđem pp quendam reuerendissimū dñm Cardinalē, qui hoc percōtatus iussit, vt scriberē, cōplechiē aut propter opinionem panorm. c. omnis vtriusque sexus. de peccatis & remis. Vnde duo facienda sunt. Primo fundabitur illius opinio. Secundo confutabitur, ostendēdo quid sentiendum & sic satisfier obiectis.

Quo ad primum, Panorm. ex quibudam Innocentii uerbis in codicē c. motu, dixit, quod confessor potest reuelare ne cueniat tantum malum: dixitque hoc sentire Innocentium: fundatque se super rationibus in principio adductis. Sed vt melius ueritas eluceat, fundatur opinio ista sic iuxta uerba Innocentii, illa tantum cadunt sub sigillo confessionis, quia a penitente, in quantum penitens est, dicuntur. Sed obstinatio sua ad occidendum, non d̄ ab eo, in quantum est penitens: quia implicat eē obstinationē & impenitentē respectu eiusdem. ergo. Præterea, ex parte peccati; & idem redit, illa tantum cadunt sub sigillo confessionis: que reuelatur ut occultabilia sacramento confessionis. Sed obstinatio ad futurū homicidium non reuelatur, ut occultabilis per sacramentū: quia implicat propone-re, ut absoluble, & ut pertinax: ergo. Et similiter potest fundari ex parte confessionis. Quia sad illa tñ se extendit sigillum, ad quā se extendit ministerium confessoris actu vel potentia: sed ad obstinationē nullo modo se extendit: ergo. Hęc de primo.

F Quo ad Secundum. Ita opinio tripliciter errat, primò à veritate: ex triplici enim capite ostēditur, talem obstinationem sub sigillo cadere confessio-nis. primò, quia ciudem rationis est confiteri peccatum ut absoluendum, & confiteri impedimentum prohibēs absolutionem, vt patet ex eo, quod ad eundem iudicem & in eodem foro spectat nos se vtrunque, quid absoluendum sit, & an adsit impedimentum aliquod, aliqui non posset nisi casualiter recte absoluere. Sed obstinatio in peccato, reuelatur & cognoscitur ut impedimentum prohibens absolutionem ergo ciudem rationis fori, & iudicis sunt, sed constat peccatum reuelari à penitente ministro Dei, ergo & obstinationem. Et per hoc pater defectus fundamēti opinionis aduersa, qn̄ poenitens in quantum penitens non soli dicit ea, quorum poenitenti, sed impedimenta vera poenitenti, & sic dicit se obstinatum. Et similiter nō solum quod apponitur ut occultabile per absolutionem, sed quod apponitur ut impedimentum absolutionis, infra ordinem occultabilium clauditur.

Et similiter ad ministerium confessoris pertinet non solum absoluere, sed impedimenta absolutionis cognoscere. Secundo, quia sermones, circumstantia, & vniuersaliter quicquid dictum pandit hoc peccatum cōmissum & confessum huius personæ, cadit sub sigillo confessionis. Sed manifestare homicidium ab hoc committendum, pandit peccatum iam cōmissum, & cōfessum, s. voluntate, qua deliberauit se homicidiū cōmissurum; ergo cadit sub sigillo confessionis. Et ex hoc secunda rō in principio adducta ex Pan. Non n. vidit, quod in confessione illius obstinationis reuelantur duo connexa, s. cōmissum propositum, & committendum factum, & quod similiter in reuelatione qua faceret confessor, non solum reuelaret committendum factum, sed cōmissum propositum. Tertio, quia si obstinatio huius modi posset reuelari, ergo quācum est ex natura sacramenti, nulla obstinatio de mortali caderet sub sigillo confessionis, & tunc ergo non esset Deus violati sigilli confessionis, quicunque reuelaret aliquem obstinatum in odio, in luxuria, in superbia, &c. que sunt manifeste contra communem ecclie doctrinam. ergo. Et ppterca S. T. vbi supra hanc opinionem erroneam reputauit in response ad primū.

I Errat secundò à communi Theologorum doctrina in quarto vbi supra, vbi ē, si aliquis obstinatus in heresi cum periculo infectionis aliorum cōfiteretur, occultādus de necessitate sacramenti dī. Et rō est, quia cōfessio immunda nihilominus confessio est sacramentalis, sicut & Baptismus immundus verum sacramentum est. Et rātō detestabilior est erroris, quanto, materia haec theologicis non canonica est, nisi per accidentem quia canonis inferta est, materia de Trinitate. Errat tertio ab ipso Innocentio, cui hanc imponit opinionem, ut n. ex plena verborum Innocentij serie appetat, due ibi distinctiones ponuntur, altera de confessione, altera de fine cōfidentis. De cōfessione quidē: quia primo ponit cōfessio sacramentalis, secundò cōfessio per modū secretū, s. Dico tibi hoc i penitentia seu in cōfessione. De fine aut, quia aut pp partem penitentie sufficiendam, & orationum suffragia & cōsilium aīe suā, aut propter auxilium, vel cōsilium nō aīe, sed ad alia. Et dicit ibidē Innocentius de cōfessione primo mō pp finē spiritualē, q̄ confessor teneat occultare, & q̄ nō placet sibi in his dicentium, quod nō reuelant ut ministro. Deinde addit de cōfessione secundo

secundo mō propter finem secularem, & dicit, q̄ tenet manifestare non obstante confessione. Ex quibus apparet, quod oppositum concludit eius, quod Panormitanus somniauit. Nec prima ratio in principio adducta de in contritione aliquid valer. Quia (vt patet ex dictis) & sufficit q̄ manifestetur vt impedimentum contritionis, & confessio immūda verē sacramentalis confessio est, &cet. Vnde tu simplex confessor caue à summa angelica in hoc pas- su, quia nesciens quid diceret, scripsit sibi placere opinionem Pan. Romē die 13. Septemb. 1504.

TRACTATVS VIGESIMVSSECUNDVS.  
De Pollutione ex auditio Confessio-  
nis proueniente, vñica Quæstione  
contentus.



Vñritur, vtrū confessor cognoscēs ex his q̄q̄ audit in confessione, seq̄ in sciplo emissionē seminis sibi di- splicentē, peccet mortaliter audien- do, vel psequēdo tales cōfessiones. Erv̄ q̄ sic. Primo, quia omnī volū- taria seminatio extra matrimonium est peccatum mortale: sed hāc est huiusmodi: ergo. probatur mi- nor q̄tia in potestate istius sit auterē cām pollutionis talis: voluntaria. n̄ est auditio talium, vt patet.

Secundō, Quia sicut tentatio carnis ex his pro- ueniens, non excusat à peccato veniali (dicente Aug. quod nōnullum peccatum est cum caro cōcupiēt aduersus spiritum) ita seminatio ex eisdē pro- ueniens non excusat a mortali: est. n̄. hm̄di seminatio secundum se mortalē, sicut tētatio venialis. Præterea, si excusat̄ a peccato mortali, hoc est quia sic est voluntaria causa, quod nō est voluntaria effēctus. Sed hoc est impossibile in cau- sis, ad quas naturaliter sequitur effectus, & sequela est cognita: quicunque n̄. vult antecedens, vult cō- sequens, necessarium naturali necessitate & cogni- tum, quāuis diuersimode, quia antecedens directē consequens vero indirecē.

In oppositum videtur, & est multorum opinio, quia ex retractio[n]e confessoris ab hm̄di, sequeret scandalum cum pluribus inconvenientibus: puta q̄ bonus confessōr non posset vacare saluti anima rum: imo quod curatus, qui tenet ad audiendas confessiones, teneretur omittēre curam ouium: & quandoque (puta in Pascha) est perplexus, audiendō, vel omittendo, propter præceptū, quo alliga- tur penitens, &c.

A dēvidentiam huius dubitationis, primo manuducendus est intellectus ad conclusionem: dein de intenta responsio ratione firmanda est. Et sic demum satisfiet obiectis.

Quod ad primum scito, quod aliquid est dupli- ter voluntarium: primo in sciplo: cū. s. aliquis ult̄ illud facere, pura dormire. Alio modo in sua cā, pu- ta cum aliquis vult bene comedere & bibere, q̄e sunt causa somni, q̄uis nō hoc velit vt dormiat. vo- luntariū aut̄ tñ in causa, nō refert quo ad bonitā- tē vel malitā moralē, an i somno, an i vigilia fiat: ex quo. n̄. fm̄ causam tñ habet rationem voluntarii, in eo quoq; tñ oportet habere rationē boni, vel mali moralis, & si in cā tñ consistit moralitas, cetera erūt p accidēs, & consequenter per accidēs erit, vtrū i somno, vel i vigilia effectus expleatur. ex hoc aut̄ sequit̄ quod qn̄ pollutione est voluntaria in sua causa tantum; nō refert vtrū pollutione sequat̄ i vigilia, vel sōno, ac p hoc, si talis pollutione in sōno

A non esset peccatum mortale, nec auferret uirginitatem, si etiam eueniat in uigilia non auferret uirginitatem, nec erit mortale peccarum. Cum autē in questione proposita seminatio non sit uoluntaria fm̄ se ipsam, sed in sua tantum cauſa, idem est iudi- cium de tali pollutione, si cognoscitur quod sequi- tur statim & vigilando, & si cognoscatur, quod se- queretur nocte sequenti dormiendo. Ad hoc qđ omnis uenit, q̄ si talis pollutione in somno non esset peccatum mortale, nec in uigilia, & si in uigilia, qđ & in somno. Nec obstat hic si dicatur quod hoc non sequitur, quia in somno homo non p̄t pec- care, quia hoc non est verum nisi de peccato uolun- tario fm̄ se ipsum, & quo ad actum electionis seu imperii; quia s. non potest tunc illud imperare vel eligere. Peccatum autem uoluntarium in cauſa & in sciplo potest homo committere in somno ne exequens. Mulier enim que ideo obdormit, ut a cō- sanguineo quasi nescia opprimatur, Iesus rea est, & virginitatem ultraq; perdit, si ab eo dormies co- gnoscitur: electus est. n̄. tunc somnus, vt medium conueniens ad perpetrandum peccatum. Nec mi- nus reus est vtens sciplo dormiente ad peccādum, quam vtens ministri alicuius opera ad explendum homicidium, quod contingit compleri dormiente co qui p̄cepit. Pari igitur, iuso eadem existente rō- ne boni, uel mali in somno vel uigilia in proposito cū constet ex S. Tho. in 4. sent. dist. 9. quod pollutione in somnis accidens, cum fm̄ se non est uoluntaria, secundum causam consideranda iudicandaq; est, & quod pollutione proueniēs in sōno ex cogitatio- ne disputatoris, vel p̄dicatoris de materia venerea non est peccatum, proueniens vero ex cogitatione tali & delicatione absque consensu est peccatum ve- niale: sequitur quod si pollutione secundum se non voluntaria in uigilia ex eisdem contingat causis, eodem quoque mō, aut non sit peccatum, aut sit ue- niale. Nec obstat si dicatur, quod sequela futura in sōno nescitur, aut non consideratur, sequela aut̄, q̄ tūc est, in vigilia, & scitur & consideratur. Quoniam sequela in somnis sciri p̄t: tum quia naturalis cā est vt in pluribus, multiplicata enim imaginatio neorum, naturalis est causa seminatio[n]is, vt expe- riētia testatur: tū ex propriā naturā cognitione, tū quia si scire aliquis sequelam futuram in somnis, non propterea peccaret. Et idem est iudicium de consideratione p̄t. n. quis considerare hoc actua- liter: & si consideraret, non propterea peccaret. Nō enim causa quare talis p̄dicator, aut disputator nō peccat aut̄ nō nisi venialiter peccat, assignatur: quia nescit talem sequelam, aut quia non aduerit, sed quia cogitatio talis nullum peccatum est, dele- ctatio vero sine consensu veniale. Et confirmatur quia aliter non redderetur rō de disputatore & p̄di- catore absolūte: sed tali, signante aut inaduer- te: cū tamē de eis absolūte sit sermo. ex his igitur patet iam hoc demonstratum esse, quod huiusmo- di pollutiones, q̄e secundum se non sunt volitæ, sed displicent, sive in somno, sive in uigilia, tātum habent boni vel mali, quantum in sua cauſa fortū- tur. Si ergo auditio talium in confessione uel extra sine peccato est, ipsa quoque sequens pollutione sine peccato est: & similiter si cum peccato ueniali ipsa quoque venialis est: si cum merito, ipsa quoque cū merito est. Cum igitur confessōr non solum qui tenet, (vt curatus), sed quolibet vacas animarum salutis, sine peccato qñque, & quandoque cum ve- niali tantum, & quandoque cum merito audiat talia, interroget, respōdeatque, consequens est, ut pa-

Opus. Caet. L 2 tiendo